

demonēs arcendo ne illas exeuntes impediāt. ac ipsas cum gaudio in celo deferendo. ¶ Tū de animarū iniquarū transitu dicit Bernardus. q̄ illis horror in exitu in transitu pudor et in cōspectu gl̄ie magni dei confusio. Unde in psal. Mors peccatorū pessima. mala in amissione mūdi. peior in corpore et anime separatione. pessima in vermīs cōpunctiōe et ignis cōcrematione. et qđ omnīū pessimū est in diuine cōtemplationis separatione. Considera ergo karissime frater q̄ mors nō potest declinari. hora mortis non potest inuestigari. tempus a deo preordinatū non pōt mutari cum vita secura opratur et cum deuotione acceptat. Bona siquidem est mors iusti. ppter requiem. melior propter nouitatem. optima propter securitatem.

¶ De gaudijs paradisi et penis inferni que notare dicit omnis peccator.

¶ Capitulū. vii.

Oculus non vidit nec auris audiuit nec in cor hominis ascendit que preparauit dominus his qui diligūt cū p̄mo ad 1. cor. ij. Anima peccatric et misera ut tibi iam uilescant omnia que sunt in terris. attende diligēt que et quanta sint que p̄parantur electis dei in celis. Unde sciendum est q̄ tot et tanta sunt in celis gaudia q̄ omēs arithmetici non possunt numeris euacuare vel calculare. omēs geometrici non possunt eadē mensurare. omnes grāmatici dyalectici ac rethorici non possunt ea ipsa sermonibz explicare. qz oculus non vidit. nec auris audiuit. nec in cor hominis ascendit etc. Gaudebunt quippe omnes sancti supra se de dei uisiōe. infra se de celis et aliarū creaturarū spiritualiū pulchritudine intra se de corpis glorificatione. iuxta se de angelorum et hominum associatione. Anselmus quippe ponit septem dona anime que iusti habebunt in celestis patrie beatitudine. Et p̄mo ponit bona corporis que sunt pulchritudo. velocitas. fortitudo. libertas. sanitas. voluptas. et eternitas iustorum. dicit ergo in illa uita iustorū pulchritudo solis pulchritudine septupliciter q̄ modo sit speciosior adeq̄bitur. quod testatur scriptura dicens. Fulgebunt iusti sicut sol in regno patris eorū. Velocitas tanta eos deus comitabitur.

ut ipsis angelis dei eque similes sint: qui a celis ad terras ⁊
a terris in celum digito citius dilabuntur. **Q**uius quoque ve/
locitatis exemplum in radio solis solet intueri. qui statim orto
iam sole in plaga orientali pergit ultimum plage occidenta/
lis ut in seipsum habeamus non esse impossibile quod de no/
stra dicimus velocitate futura cum in rebus animatis sole
at esse maior velocitas quam in inanimatis a fortitudine seu viri/
bus preualebant quicumque scilicet meruerint supernis civibus
sociari. intantum ut nullatenus illis obfistere quicumque vale/
at vel si mouendo vel euertendo voluerint quod a suo statu quod/
modocumque diuertere non ilico cedat. nec in eo quod dici/
mus maiori conatu laborabunt quam nos modo in motu oculi/
lorem nostrorum. ne queso excedat anime quam adipiscitur angelo
rum similitudo quatenus si hoc cuius bis que dicitur sumus
aliud exemplum non occurrit ipsa occurrat atque in quibus ange/
lis valere constiterit: etiam in nos valere probet et asserat.
Quicumque ergo fuerint angelorum similitudinem assecuti. co/
rumque securitatem et libertatem necessario assequantur. ita
quod sicut angelis nihil obfistit. nec aliquid eos impedire vel con/
stringere potest. quin praevalle suo cuncta liberrime penetrat. ita non
erit obstaculum vnum quod nos retardet. nec clausura que nos
detineat. nec elementum quod nos velle parum obfistat. **D**e sani/
tate quid melius poterit quam quod prestabunt. salus inquam iustorum a
domino quibus autem fuerit vera salus que subire poterit infirmi/
tas. credere ⁊ incunctanter asserere licet sanitatem vite future
ita ingenuam et incommutabilem ac immobilem fore: ut ineffabili
quadam atque sensibili suauitatis dulcedine totum hominem reple/
at. et omne quod alicuius vicissitudinis mutabilitatis aut le/
sionis suspicionem pretendere queat. procul arceat atque repellat.
In illa futura vita inestimabilis quedam voluptas bonos in/
ebriat et dulcedine sui totos eos inestimabili exundantia sa/
tiabit qua totos oculos aures nares os manus pedes gut/
tur cor iecur pulmo ossa medulle extra etiam ipsa et cuncta si/
gillatim singula quoque membra eorum incommuni tamen estimabi/
li et innumerabili dilectionis et dulcedinis sensu replebuntur
ut vere totus homo torrere voluptatis dei potetur ac vber

tate domus dei inebrief. qui ergo bona hec fuerit adeptus
non intelligo ad quid p incōmodo sui vltius porrigat af/
fectus. **S**eptimo aderunt eis quod cunctos appetere dici
mus diuturnitas vite. sed ista que phennitas dicitur illis deest
minime. **Q**uia iusti in eternū uiuent. **S**unt etiā alia quedā
his que digessimus adijciēda que nō minus amant. sed ad
animā sicut illa ad corpus referunt que nihilominus in nu
mero septenario cōstituta nō modicū placent menti que ip/
sorum sapore fuerit imbuta. **S**unt autē hec. amicicia: sapi
entia. cōcordia. potestas bonor. securitas. et gaudium. **S**a
pientia ergo tanta in futura vita bonis erit vt eorū que scire
voluerint nihil sit quod ignorēt. scient em̄ cuncta que scient
da sunt. Icit em̄ deus tam a p̄terita q̄ futura tanq̄ presen/
tia. **I**bi a singulis omēs ab oībus singuli cognoscuntur. nec
quenq̄ illorum latebit omnino qua patria qua gente q̄ stir/
pe quouis editus fuerit. vel quid in vita fecerit. **A**micicia tā
tum singulorum intima gratia singulos suo seruiore imple/
bit. vt cuiusq̄ amor q̄stusq̄ sufficiat cuiq̄. p̄sertim cū om
nes sint vnū corpus xp̄i. et xp̄us qui est pax ipsa sit omnū
caput nec minori affectui compleant q̄ membra vnus cor/
poris sibi inuicē copulant. amabis ergo omēs vt teipsum.
amaberis ab oībo vt ip̄i a se putas amari habūdans eris in
dilectōe. quōd hoc tibi fuit in possessione. attamē ipse transi
et cōtemplari eum p̄ que hec tibi omīa prouenire percipies
q̄ plus q̄ teipsum ineffabili quadā suauitate ipsum amabis
sic itaq̄ tanta erit cōcordia vt in nullo senties aliquē discre
pare ab eo quod te constiterit velle. corpus vnū erimus: ani
ma vna erimus. sponsa christi erimus. quicunq̄ erimus ibi
Non ergo maior discordia inter nos erit q̄ nunc inter vni
us corporis membra. **V**erum sicut vides in motu oculorū
q̄ illuc quo vnus vertitur mor alius sequitur. ita quocun/
q̄ velle tuum conuerteris. velle omnium sine discrepatione
tibi ilico presto habebis. quid dixi omnū ip̄a voluntas dei
nō deest a tua diuersa. sed sicut tu: quod ille. ita ille in cunctis
quod tu. caput nāq̄ quō a suo corpe discreparet. cui ita/
q̄ deū et omēs voluntati tue cōcordes habuens p̄fecto nul

voles quod non possis. omnipotēs ergo erit voluntati tue
qm̄ ipm̄ omnipotentē habebis in omnibz concordantē vo/
luntati tue. itaqz cum hec tibi tanta potestas affuerit hono/
decens potestati minime deerit dum igit̄ possessione bono/
rū (q̄ digessimus) felix fueris: nonne sufficiens tibi videbe/
ris maxime iniquis. Itaqz cum ipa vita ppetuo duret in vi/
ta illa. et hec omnia tibi habenti securitas illa amplius nō p/
pendi certa arriserit. absceco q̄s estimas tibi erit. **S**ecurus
ergo tantoz bonoz ppetuo eris nec alicuius tibi aduersarij
violentum in cursum timebis. potest nec ergo illius gaudiij
modus a quocunqz homine penetrari cum vltra mille milia
et decies milies centena milia innumerabiles ibi sint. ⁊ om/
nes eadē beatitudine pfruantur nec vllus eoz sit qui nō tm̄
de bonis alterius gaudet q̄s de suo. **P**reterea videntes ipm̄
deum quē ipsi supra se amabūt ipos amantē et intelligentē
mirabiliter plusqz semetipos illos amantē in glia eius mira/
et ineffabili exultatione exultabunt. cum iusti ergo fuerint
tanta felicitati beati restat vt iniusti per contrariū sint inesti/
mabili quadā infelicitate miseri: sicut em̄ iustos misericor/
dia pulchritudo. velocitas. fortitudo. libertas. sanitas. vo/
luptas. alacres et iubilantes facit. ita et iniustos inestimabi/
lis feditas. tarditas. imbecillitas. fremitus. languor atqz do/
lor mentis reddet eos eiulantes. **S**ane diuturnitatem vite
(quā iusti p vouēdis bonis sumopere cōplectent̄) iniusti p
intermiabili pena torq̄bunt qm̄ inerit illis qui summo odio
execrabunt̄. **D**e sapientia vero qd dicam. qz sicut iustis erit
in gaudiū et honorē. ita et iniusti quicqd scient erit in mero/
rem et cōfusionem. amicicia aut̄ qua inuicē p̄j summo iocū/
ditate copulant̄. si qua in impijs erit in tormentis illis erit:
quo em̄ magis quicqz amabunt eo magis in eoz pena dole/
bunt. discordiā habebunt cum omni creatura. et om̄is crea/
tura discordabit cum illis. hinc ergo pro potestate bonoz
tanta impotētia erit et eos sequet̄ oīno nihil eorum que vo/
luerint possint. et quicqd habuerint nolint. **I**git̄ pro hono/
re sanctorz obtinebunt phenne obprobrium. et hoc sine fine
claudet̄ vnde sicut amici dei securi erunt se nūqz amissuros

bona sua. ita et isti inimici dei oīno despabunt se amplius.
iā pdituros hec mala. p eterno ergo et ineffabili gaudio bo
noz hereditabūt incogitabile tristiciā oēs q̄ p implemētudīe
creati trāsīturi sunt in societate demonū. **hec Ansel.** In illa
ergo futura beatitudine (vt dicit **Augustinus**) Deus om̄s sen
sus beatorū spirituali et ineffabili delectatōe reficiet. cū ipse
omniū sensuum sit obiectum futurū. erit nāq; deus speculū
visui. citara auditui mel gustui balsamū olfactui. flōstactui
q; ppter ea hō factus est vt totūz hoīem in se beatificaret vt
sensus interior in contemplatione humanitatis et breuiter
fm **Augu.** et **Brego.** tanta est ibi pulcritudo iusticie. tāta io
cunditas lucis eterne: vt etiā si nō liceret in ea amplius viue
re seu manere q̄ntum vnūs diei mora est. ppter hoc enume
rabiles huius vita dies pleni delicijs et circūfluentia tpalū
bonoz merito recteq; cōtemnerent. nō em̄ falso affectu dcm̄
est. q̄ melior est dies vna in atrijs tuis sup milia. **Bernard:**
Quis in hac vita p̄sare pōt quāta sit illa felicitas brōz vi
dere deū viuere cū deo. cum deo esse q̄ erit oīa in oībus ha
bere deū q̄ est summū bonū: et xbi est summū bonū ibi est su
ma felicitas iocunditas vera libertas pfecta charitas. eter
na societas et securitas eterna. **Augu.** **Q** gaudiū sup gau
diū videre deū. q̄ fecit eū. q̄ saluauit eum. q̄ glificauit eū. vi
dere faciē dei sui qd̄ est summū bonū. gaudiū angeloz atq;
oīm sanctorū. **Numqd̄ deus fm Brego.** tam inestimabil pul
chritudinis est vt angeli q̄ solē septemplū sua vīcūt pulchri
tudine. iugiter in eū satiabiliter desiderāt. p̄spicere. **Itē Au
gustinus.** **N**ulla insurget malicia. nulla carnis miseria. nul
la iam peccādi voluntas nec delinquēdi potestas. sed totūz
exultatio totum leticia. hec possidebūt homines angelis so
ciati. **Q** anima mea iam audisti quāta sint iustoz gaudia q̄
grandis leticia. quāta serenitas. quāta iocunditas sup neci
uitatis. **Q** felix iocūditas. **Q** iocunda felicitas scōs videre
deū habere in eternū. **S**ic nos q̄tidie tormēta pferre. sic ip
sam gehennam longo tempore tolerare. vt xp̄um in sua glo
ria videre possimus. et sanctis eius sociari. nonne dignum
esset pati omne quod triste est. vt tante gl̄ie tantiq; boni par

tecipes haberemur. **Q**uarpropter anima nra a turba terre/
norum desiderioꝝ secessum metis petamus. ⁊ inde a secre/
to cordis illicitarum cogitationū tumultus expellentes su
perne patrie in amorem intime quietis anhelantes. reuer
mur ad civitatem celestem. in qua scripti sumus. et ciues de
creti sumus ergo ciues sanctorū et domestici dei: ⁊ sic here/
des dei. coheredes autem xpi. vt ad eum cito puenire valea
mus. **S**i queramus quomō hoc fieri potest vel quibus me
dijs vel auxilijs audi res ista posita est in voluntate faciēdis
quoniā regnū celoz vim patiatur ⁊ violenti rapiunt illud
non em querit aliud p̄cium q̄ teipsum. illi ergo q̄tum es te
da et habebis illud. **Q**uid de turbaz. precio xpus seipm tra
didit vt acquireret regnū deo patri. date illi vt regnū eius
sit in te ac non regnat peccatum in tuo mortali corpore. sed
spiritus in acquisitione vite. **Q**uā anima peccatrix et misera si
hec (que iaz dixi de gaudijs et excellentijs q̄bus sanctiꝝ ele
cti dei in eternū gaudebunt in regno celoz) non te moueāt
ad promerendū per penitentiā et per opera virtuosa cū gra
tia dei regnū. celeste timeas et paueas atq; timendo con
sidera miserabiles conditiones et penalitates inferni ciuita
tis dyaboli. vt timore et pauore relurgas et conuertaris ad
dñm deum tuum toto corde. **D**e q̄bus sciendum q̄ sic dā
natis sit diuersitas peccatoꝝ. ita erit diuersitas penarū. vñ
Gregorius Unus quidē ignis gehenne est credendus. sed
non vno mō exurit omnes peccatores. vnusquisq; em q̄ntū
exigit culpa tm̄ sentiet de pena. sicut ab eodē igne aliter vñ
palea aliter lignū et aliter ferrum. **I**ste ignis taliter inflam
matus est et ab ira iudicis succensus q̄ nouo incendio non
indigebit vsq; ad sempiternū. **Job: xxi.** Deuorabit eos ig
nis qui nō succendet. **D**e acerbitate huius ignis dicit bea
tus **Sebastianus** cui angelus ad aures stabat q̄ iste ignis
sensibilis ita se habet ad gehennalē ignem. sicut ignis in pa
riete depictus ad istum sensibile. **E**t **Isido.** ait. **I**n inferno
erit aliquid obscuri luminis quo damnati videri possint vt
doleāt non vñ letent. eos (quos reprobi nūc inordinate di
ligunt) secus tunc in tormētis videbunt. vt penam pprie cō
ditionis exageret carnalis cognatio auctori p̄posita pari aū

oculos visione damnata. **H**inc solet queri an damnati vi/
deant gloriam sanctorum. **A**d quod rident **G**regorius in omel.
dicēs. **C**redendū est q̄ ante retributionē extremi iudicii in
iusti quosdam iustos in requie respiciunt et eos videntes in
gaudio non solū de supplicio. sed etiam de aliorū bono cru/
ciantur: iusti autē semp vident iniustos in tormētis vt hinc
eorum gaudiū crescat. quia malū conspiciunt quod miseris
corditer euaserunt. tantoq; maiores creatori suo grās refe/
runt. q̄nto vident in alijs qd ipsi perpeti (si essent relictī) po/
tuisent. et vt idem alibi ait. **N**on frustabit beatitudinem iu/
storū aperta pena reprobōrū. qm̄ ibi iam compassio mise/
rie non erit beatorū et eorum minima leticia non valebit. z si
em̄ in natura sue bonitatis misericordiā habent. iā tunc au/
toris sui iusticie cōiuncti tanta rectitudine coniungentur vt
nulla ad reprobos compassione moueātur. **E**t addit prosp
q̄ tunc filiorū parentum z coniugū miseria beatos con/
tristari videri nō poterit. videbunt autem damnati ante iu/
diciū dies beatos. non hoc modo q̄ gloriam eorum (qualis
sit) agnoscant. sed solummodo cognoscunt eos esse in qua/
dam inestimabili gloria. ex hoc tamen cruciabuntur prop/
ter inuidiam dolentes de felicitate beatorū qua visione p/
uabuntur. **N**ec tamen ex hoc eorum pena minuetur. sed au/
gebitur. quia in memoria habebunt gloriā beatorū quam
in iudicio vel ante iudiciū viderunt. et hoc erit eis in tor/
mentum. sed vltērius affligentur in hoc q̄ videbunt se indi/
gnos reputari etiam videre gloriam suam quam sancti vi/
dent. **I**tem solet queri an damnati videant ea que in hoc
mundo aguntur. **A**d hoc respondet beatus **G**regorius in
secundo li. moralium pertractans illud **J**ob nono. **S**i ne no/
biles fuerint filij eius siue ignobiles non intelligūt si hi (q̄
adhuc viuentes sunt mortuorū anime quo loco habeantur
ignorant. ita in ea cui vita in carne viuentium post eos qua/
liter disponuntur nesciunt: quia vita spiritus longe est a vi/
tā carnis. quod de aīabus sanctis sciendū est. q̄ que intus
omipotentis claritatem vident. nullo modo credendum est
q̄ sint foris aliqua que ignorent. boni ergo vidēt que fiunt
d. iij.

circa eos. mali autem non: **E**t si dicas magis distat a dam-
natis gloria iustorum quā ea que in mundo aguntur. sed ipsi nō
vident ea que circa nos agunt. ergo multo minus possunt
videre gloriā beatorum. **D**ico quod ea (quę hic agunt) nō ita afflige-
rent damnatos in inferno si viderentur sicut sanctorum glo-
ria inspecta. vnde non ita ostenduntur damnatis ea que hic
aguntur. ostenduntur autē eis ea que in eis tristitiā augere
possunt. licet per se nō videant. **I**te querit an damnati vellent
in inferno omnes alios esse dānatos. **A**d hoc dico quod sicut
sanctis in patria erit pfectissima charitas. ita in dānatis erit
pfectissimū odium: **U**nde sicut sancti gaudebūt de omnibus
bonis. ita mali de omnibus malis dolebunt. **U**nde felicitas
sanctorum ab illis cōsiderata eos maxime affligit. ideo vellent
omnes beatos esse dānatos. tanta enim eorum erit inuidia quod
etiā propinquorum suorum glorie inuidebūt cum ipsi in miseria
summa sint. **E**t in hac vita hoc accadat crescēte inuidia. s; ta-
men minus inuidēt propinquos quā alijs. et maior est eorum pe-
na si omnes propinquos damnarent et alij saluarent quā quod aliquis
de suis propinquis saluaretur. **E**xemplū est quod diues petit fra-
tres suos a dānatione eripi. sciebat enim quod aliqui eriperent ma-
luisse tamen fratres suos non cum alijs dānari. **E**t scias quod quicquid
vis ex dānatorum multitudine pena singulorum augeatur tantū
tamen supercrescit odium et inuidia eorum quod magis volunt torque-
ri cum multis quā cum vno solo. **Q**ueri etiam solet an mortui
maxime damnati sciant vel recordentur eorum que sciuerūt.
Ad hoc dico quod in damnatis erit consideratio eorum que pri-
us sciuerunt ut causa materialis tristitie. non autem ut de-
lectationis causa. damnati considerabunt etiam mala que
gesserunt. ex quibus damnati sunt. et bona que amiserunt.
et ex utroque torquebuntur. **P**reterea enim scias quod duplex pe-
na in inferno erit. scilicet pena damni. et pena sensus quas
tangit christus **M**atthi septimo capitulo ubi dicit. **O**mnis ar-
bor (que nō facit fructus) excidet et in ignē mittet. **D**e pena
sensus quem multiplex est dicit **G**regorius super illud **M**at. viij. **A**li-
cietur in tenebras exteriores. **I**n inferno erit frigus insupa-
bile. ignis inextinguibilis. et misis immortalis. fetor intolerabilis.

tenebre palpabiles flagella cedentium horrida visio demonum
confusio peccatorum et desperatio omnium bonorum. Itaque damnati
pleni erunt omnes tristitia et dolore. Habebunt enim fletum in oculis.
stridorem in dentibus. fetorem in naribus. gemitum in vocibus. ter
rorem in auribus. vincula in manibus et pedibus. ignem et ardo
rem in membris suis omnibus. Qui quidam ait. Infernus est fo
uea mortifera penis omnibus et miseris referta. ibi ut scribit
Isa. xlii. Unusquisque ad primum suum stupebit facies com
buste vultus eorum. Et Baruth. ii. Nigre facies eorum a fumo.
nam omnes vultus peccatorum redigentur in ollam. et hoc Jobel. ii. Itaque
acerbitas penarum infernalium potest considerari ex fletu et stridore
dentium. et desiderio mortis ex maledictione linguarum
et blasphemia creatoris et ex alijs his similibus que omnia
sunt ventura ibidem. ut patet ex varijs locis scripturarum. Qui
Apocal. xix. Comederunt linguas suas pre nimio dolore et
blasphemerunt deum celi pro doloribus et vulneribus suis. tanta
erit acerbitas penarum quod peccatores vita (quam omnes appetunt)
spreta et contempta mortem (quam omnes fugiunt) ardenti deside
rio affectabunt. Apocal. ix. In diebus illis querent homines
mortem et non invenient eam. desiderabunt mori et mors fugiet
ab eis. Crisost. Ibi quid agemus quod ridebimus. nihil erit
ibi nisi stridor dentium. nisi ululatus et fletus et sera penetratio
cessantibus undique auxilijs. et invalescentibus undique penis.
sed nec solacium quidem usquequaque. Ibi enim nulli occurrunt oculi
nostri nisi solum penarum ministri et facies undique tortorum
et quod est deterius omnium nec aeris ipsius ullum erit solacium
aut lucis. In his autem positus est tremor. immo que revolutio
viscerum est diuulsioque membrorum que quales aut quante
omnibus sensibus cruces. nullus poterit hunc sermonem expli
care. De pena damni sic dicit Crisost. Nonnulli imperitorum
putabunt se satis et optabile videri si gehenna tantummodo care
ant. ego autem multo magis grauioribus quam gehennam dico esse cru
ciatus et remoueri et abijci. et ab illa gratia excludi. et ab il
lis bonis que preparata sunt sanctis. intolerabiliusque et gra
uius est supplicium illud horribile. tamen si mille aliquis po
nat gehennas. nihil tale dicturus est quale est ab illis glorie

iocunditate propelli. odio christi haberi et ab illo audire nō
noui vos: etenim decem milia melius est sustinere fulmina
q̃ illum mansuetudinis pietatisq; plenū nobis aduersantē
videre. et illos totius tranquillitatis oculos in quenq; nos
aspicere sustinere. si nequa q̃ istud patimur. **O** benigne fili
dei neq; experiamur intolerabile illud horrendū supplicium.
Pec **Crisostomus.** **U**e nobis qui de his malis non cogi/
tamus. sed quasi securi torpētes et anime curā negligentes
ad hec sine cessatione pperamus. **S**ed dicet forte aliquis.
videtur q̃ iniustus est deus. q̃ homo pro mortali peccato
vna hora perpetrato eternaliter punit. hanc questionē mo/
uet **Gregorius. et soluit sic.** **S**cire inquit vellem quō iustu
sit. vt culpa (que cū sine perpetrata est.) sine fine puniat. **E**t
respondit **Gregorius** **H**oc recte diceret si destructus inde
non corda hominū sed verba pensaret: iniqui enim sine fine
delinquerēt si sine fine viuerent: naz voluissent si potuissent
sine fine peccaret. ostendunt em̃ in peccato q̃ sp̃ viuere cupi
unt qui nunq; desinunt peccare. ad magnam ergo iusticiā
iudicantis p̃inet vt nunq; careant supplicio. qui in hac vi
ta nunq; voluerunt carere peccato. et nullus datur iniquo
terminus vltionis. qui q̃ diu vixit nullus voluit habere ter
minū criminis. **A**lia ratio quare peccatum mortale obligat
ad eternā penam. potest sumi ex parte eius in quē peccatur.
(qui est infinite bonitatis et potentie) scilicet deus. vnde ⁊ of
fensa ip̃ius infinita pena digna est. quia quāta est maior in
quem peccat. tanto magis peccatū punitur. **f̃m** **Aristo vij.**
Ethicoz. **E**t **Crisostomus** dicit. **O**mnis iniuria talis est
qualis fuerit persona cui fit iniuria in magna tamen perso
na ⁊ si modica fuerit iniuria ip̃a est magna. in modica tamē
p̃sona et si magna iniuria fuerit modica esse videt. **N**ec om
nia dilectissime vide conoscens: ⁊ corde iugiter colens. esto
solicitus de salute tua et in eternum istud crudele infernale
supplicium respice. **C**onsidera in te meipso que sunt vtilia ⁊
salubria anime tue. **Q**uid est melius in presenti seculo p pec
catis plangere: et penitus crebrius obsecrare. q̃ in ignem
eternum sine aliqua vtilitate deflere. **I**n hoc em̃ breui tem

pore per penitentiā et lachrimas indulgentiam et consolati
 onem mereberis. plange ergo hic modicum ne plangas ibi
 in secula seculorū. humiliare hic ne ibi humiliaris in exte-
 ribus tenebris et mittaris in ignem extingui-
 bile. **B**eatus il-
 le qui hic positus festinat in die iudicii dignus inveniri. mi-
 serabilis vero qui peccando se indignū gloria domini pō-
 tuerit in illa hora. nubes recipiens omnes sanctos sursum in
 celum impios autem dyaboli rapiens mittentes in caminū
 ignis ardentis. **Q**uis dabit capiti meo immensam aquā et
 oculis meis fontem lachrymarum iugiter emanantē ut plo-
 rem meipm dicac nocte obsecrans dñm ne indignus inue-
 niar in illa hora aduentus eius. et ut ne audiam illam sentē-
 tiā formidandā. **D**iscedite a me operarij iniquitatis nescio
 qui sitis. **Q**uod a nobis auertat **I**hesus xp̄us dñs noster. q̄
 vivit et regnat p̄ infinita secula seculorū. Amen

¶ Speculum aureū anime peccatricis a quodam cartusie
se editum fuit feliciter



Handwritten text in a cursive script, likely a letter or a page from a manuscript. The text is arranged in approximately 15 lines, though it is significantly faded and difficult to decipher. The ink is dark, and the paper shows signs of age and wear.

Handwritten text at the bottom of the page, possibly a signature or a closing. It is also faded and difficult to read, but appears to be a single line of text.